

ix. Kalendas Januarii,
ideſt Die xxiv. Menſis Decemb.
ORATIO IN VIGILIA DOMINI.

(a) **D**EUS, qui nos redemptionis noſtræ annua expectatione lætificas, præſta, ut Unigenitum tuum, quem Redemptorem læti ſuſcepimus, venientem quoque Judicem ſecuri videamus Dominum noſtrum (b) qui tecum vivit &c.

Super oblata.

Da nobis, quæſumus, omnipotens Deus, ut ſicut adoranda Filii tui Natalitia prævenimus, ſic ejus munera capiamus ſempiterna gaudentes. Qui tecum vivit &c.

Ad complendum.

Da nobis, Domine, quæſumus, Unigeniti Filii tui recentia Nativitate respirare, cujus cæleſti Myſterio paſcimur & potamur. Per eundem &c.

viii. Kalendas Januarii,
ideſt Die xxv. Menſis Decembris.
NATIVITAS DOMINI.

AD SANCTAM MARIAM MAJOREM.

(c) **D**EUS, qui hanc ſacratiffimam Noctem veri luminis feciſti illuminatione clareſcere, da, quæſumus, ut cujus lucis myſteria in Terra cognovimus, ejus quoque gaudiis in Cælo perfruamur, qui tecum &c.

Super oblata.

Accepta tibi ſit, Domine, quæſumus, hodiernæ feſtivitatis oblatio, ut tua gratia largiente per hæc ſacroſancta commercia in illius inveniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia, qui tecum vivit &c.

Præſatio.

Vere dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte, Pater omni-

(a) *Sequentes Antiphona, Reſponſoria, Offertoria, & Orationes, quæ initiantur, addita ſunt in Codice Orhebiano ad oram pagellarum, a recentiori manu.*

Antiphona: Hodie ſcietis.

Reſponſorium: Hodie ſcietis.

Offertorium: Tollite portas.

Communio: Revelabitur.

(b) *Idem Codex habet:* Dominum noſtrum Jeſum Chriſt.

(c) *Antiphona:* Dominus dixit ad me.

Reſponſorium: Tecum principium.

potens, æterne Deus; quia per incarnati Verbi myſterium nova mentis noſtræ oculis lux tuæ claritatis infulſit; ut dum viſibiliter Deum cognoviſſimus, per hunc inviſibilem amore rapiamur. Et ideo cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dinationibus, cumque omni Militia cæleſtis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, ſine fine dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Communicantes & noctem ſacratiffimam celebrantes, qua beatæ Mariæ intemerata Virginitas huic Mundo edidit Salvatorem. Sed & memoriam veneratis ejusdem gloriøſæ ſemper Virginis Mariæ, Genitricis Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed & beatorum Apoſtolorum &c.

Ad complendum.

Da nobis, quæſumus, Domine Deus noſter, ut qui Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti nos frequentare gaudemus, dignis converſationibus ad ejus mereamur pertinere conſortium, qui tecum vivit & regnat &c.

(d) *De Nocte ad Sanctam Anaſtaſiam.*

(e) Da, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui beatæ Anaſtaſiæ Martyris tuæ ſolemnia colimus, ejus apud te patrocinia ſentiamus. Per &c.

Alia.

Da, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui nova Incarnati Verbi tui luce perfundimur, hoc in noſtro reſplendeat opere, quod per Fidem fulget in mente. Per eundem (f).

Super oblata.

Accipe, quæſumus, Domine, munera dignanter oblata, & beatæ Anaſtaſiæ ſuffra-

Alleluja: Dominus dixit ad me.

Offertorium: Latentur Cæli.

Communio: In ſplendoribus.

(d) *Mane prima Natalem Domini, ad Sanctam Anaſtaſiam.*

(e) *Antiphona:* Lux fulgebit hodie.

Reſponſorium: Benedictus, qui venit.

Alleluja: Dominus regnavit, decorem.

Offertorium: Deus enim firmavit.

(f) *Per eundem Unigenitum Filium &c.*